

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Giorgio Valla

GEORGII || VALLAE PLACENTI=||ni, de expedita argumentan=||di ratione libellus.||

Leipzig: Schmidt, Nickel, 1532

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1697851460>

Druck Freier  Zugang





Cq-1513 1-13

GEORGII
VALLAE PLACENTI-
ni, de expedita argumentan-
di ratione libellus.

EXCVDEBAT NICO-
LAVS FABER.

ANNO M. D. XXXII.



GEORGIVS VALLA, BERNAR-

do Saluatrico Genuensi, primario patritio,

S. D. aeternam.

SAc penūero à me optime Bernarde Saluatice posciisti, ut quæ ab interuentionibus vacuus tibi ad me uentitanti de rōne differendi ex quotidiano usu lingua pdiderā, quo tñciori hæcerēt mēorie scriptis cōcrederem; quandoquidē quenq; alium nō satis naētus essem, qui aut id posset, aut qui tam amice id præstare moliretur. Rem certe mihi nō arduā fōre censuisti, quād totā dialecticā facultatē; siue ad rhetoricā; siue ad cæteras tendentē disciplinas plurib⁹ alijs scūrā uoluminib⁹. amplexus. Quāobrē cōciliata iampridē inter nos amicitia tuo obsequendū ardentī studio, nec lōgius differēdū existimauit, tum qd⁹ magnifica, et amplissima do-
mus tua id ab oībus eruditis nedū à me expostulet, tum qd⁹ honestissimū tuū esse desideriū nostra diffiteri nō potest amicitia. Siqdē citra hāc unā facultatē nulla in-
tegre teneri disciplina, nec alia ratiōe cūctis quotidie corona mu- usurpatiis uulgo sermōibus, ubi quæpiā disceptatio obo-
ri apd' Lu- riatur exurgatq; ambiguitas, ratū quicquā effici posse
et Home= uideatur, vñ fit ut nō iniuria Plato et Platonici thrin-
rum. cum quasi fastigiū dicas, cūctarū uocitarint disciplina-
rum, qd⁹ quasq; res magnas et magnopere expetēdas,
oratiōe, sine hac duce trāsigere posit nemo, ut iure ne
tibi quidē tā ad priuata qua ad publica munia obeūda
sine huius facultatis sacris accedendū cēsueris. Proin-
de age mi Saluatice, salua si mō uis tibi oīa, hanc de-
nū unā toto pectore amplectitor disciplinam. Vale.

Academiae
Rostochiensis

GEORGII VALLAE PLACEN. DE
expedita rōne argumentandi, libellus.



V E M A D M O D U M
qui legendi, & lectorum
sensus iter scire desi-
derant, primum elemē-
ta ac literas discunt, in-
de ad syllabas, a syllaba-
bis ad dictiōes, quę par Q u o o r d i-
tes dicuntur orationis, ab istis ad orationē ne diale-
perueniunt: ita qui omnium disciplinarum & tica discē
cognoscere cupiunt instrumentum, ratio- da.
nem disputādi, in quinqub vocibus, quę vul-
go prædicabilia dici solent, & categorijs,
quæ prædicamenta nominātur, primo de-
bent erudiri: inde ad questiones argumen-
torum, locos, locutionemque transire: po-
stremo argumentationibus communiti, vt
sua tueantur, & aliena refellant. De simpli-
cib. itaque vocibus, ac significatis primo,
mox de coniunctis, qu breuiter ac dilucide
a nobis fieri potuerit, loquemur. Receptū Prædicamē
igitur iam apud omnes est philosophos, ta. X.
prædicamenta numero decem esse, qualis
omn̄ quæ in disputationē veniāt, quæpiam
elemēta: qud simplices voces, simplicē signi-
ficatiū ostendāt, & per se natura suapte in-
spiciant, Essentia, quātitas, qulitas, ad aliqd,

A ij vbi, quan-

Quinq;
uoces.

EXPEDITA ARGUMENT. RATIO
vbi, qñ, facere, pati, cōpositum esse, habere,
quæq; sub ipsis sunt, ac ab eis distributa, vt
corpus, vacās corpore, animatū inanima-
tū, quod sub sensum cadit, & sensus expers.
Zoophytū, quod ex stirpe & aīali constat,
vt Vrtica marina & spongia: sentit siquidē
propius accedētes, aīal rōnale & rōnis ex-
pers, hō, equus, colūba, scōbris, apes, alia-
q; quæ insecta dicuntur: dipsas, & similia,
quæ species sub essentiæ gñe positæ. Ita q
sub cæteris iā memoratis sunt p̄dīcamē-
tis innumera. Hæ voces vt simplices (rem
em̄ vnā numero referūt) ita principia sunt,
quæ ad oēm disputatiōis ingressum pre-
scenda, a quib. tanq; lris, ad nexū aliquem,
tanq; ad syllaba, speruenimus, vt hō, equus,
vincit, currit: vt sit, equus currit, hō vincit.
Decē nimirū sunt hæc principia, quia neq;
ens, nec res, nec aliud simile, principijs no-
men habere nisi cōfusum p̄t. At decē iam
nominatorū prima, generalissima dicūtur:
quæ sub illis, subalterna, tum etiā species,
quarum quæ vltima, & a qua statim ad in-
diuidua descensus est, specialissima nomi-
nat, vt hō, equus, anser: at essentia gen⁹ ge-
neralissim⁹, supra quod genus aliud non est.
Quinq; aut̄ voces, quas cognitu dixim⁹ ne-
cessa-

GEORGIO VALLA AVTORE.

cessarias, his principijs alligatur : quæ sunt, genus, species, differētia, propriū, accidēs, quæ inuentæ sunt quo diffiniendi ac diuidendi nobis innotescat disciplina. Differētia. Differētia oppositionem in diuisione ostendit, vt substātia & accidens, corpus & incorporatum, animatū & inanimatū, animal & vacans anima, rationale irrationale, vbi est videre hominem differentiā non dici, quod in diuisione non habeat opposita; nam homini equus in diuisione, aut aliud animal, nō opponitur. At species dicuntur, homo, equus, anser, pagurus, neq; animal opponit Zoophyto, qd nō e regione opponuntur. Alioqui differentia dicitur, qua genus excedit species, vt hō: excedit enim animal rōnali: dicitur siquidē hō animal rationale: sed animal tametsi ratiōale habet potestate, non tñ etiā actu. Proprium in speciebus spectatur : vt est propriū hominis risibile, equi hinnibile, canis latrabile. Diuidit proprium quadrifariā: In id quod soli inest speciei, non vtiq; toti, vt homini geometram esse : vel toti quidē, sed nō soli, sicut homini bipedem esse: vel soli & toti, sed nō perpetuo, vt homini canescere : vel soli & toti & semper, vt homini risibile, qui tametsi

Proprium.

A iii non

EXPEDITA ARGVM. RATIO

non semper rideat, potentia tñ semp: ideo
nō ridentē, sed risibilem dicimus, & perinde

Accidens.

proprium est, qđ vnius cuiusq; suū. Accidēs
autem est quod adeit & abeit præter subie-
cti corruptionem, vt albor., nigror, pallor,
sedere, stare. Est tamen accidēs aliud qui-
dem separatile, non separatile aliud, sepa-
ratile quidem, sedere: inseparatile vero,
aduncum iasum esse, vel repandum vel si-
mum, & similia. Ex his est videre in prædi-
camentis faciem & iminutationem quinq;
vocū elucescere. Nā quēadmodū i hoīs cō-
ditione sunt ascendentēs & descendētes,

Genus & species.

& in obliquum tendentēs & cognationes:
ita in prædicamentis eam quinq; voces fa-
ciē custodiūt, & ascendentū quidē locū te-
nent ḡna: descendēntū vero species, sicut
oblique euntiū differentiæ, at mulier p̄pri,
cognationes porro accidentū. Simplices

Subiectum prædicatū.

quoq; voces sunt subiectum & prædicatū:
Subiectum de quo aliquid dicitur: Prædi-
catū quod dicitur de aliquo, vt Plato di-
sputat, hoc ipsum Plato subiectum, de quo
dicitur disputat. Ita prisci, quibus accedi-
mus potius q̄ iunioribus, qui prædicatum,
subiectum, & copulā partes faciunt oratio-
nis: de qua re, ne sim hoc loco nimi⁹, dispu-
tare in

GEORGIO VALLA AVTORE.

tare in præsentia detrectabo. Prædicatum
igitur aut essentialiter dicitur de subiecto,
aut essentiæ adhærendo. Si adhærendo es-
sentiae facit accidentis : si essentialiter, aut
de individuis dicitur & non speciebus, ac
speciæ facit: vel de speciebus. (seu formas li-
bet, vt Cice. placuit, appellare) dñ : aut de
vnica specie, & facit ppriū. de vno siquidē
solo r̄sibile prædicatur : ita de vno hinnibi-
le, ac vnūquodq; propriū de sua specie præ-
dicatur, aut de pluribus speciebus. pdicatur,
& vel in eo qd qd est, ac facit genus : nā di-
centi, qd est hō: r̄ndem⁹, aial; & qd aial: oc-
currim⁹, essentia, tā eſī aial q effētia, gen⁹ :
essentia quidē aialis, animal vero hominis,
Aut in eo quod quale quid ē, & facit diffe-
rentiam. interroganti enim, quale quid est
animal homo; occurritur, rationale, quæ
differentia est : & qualis, quæ est essentia
animal sc̄ificanti, occurritur animata sen-
sibilis, differentiae siquidem hæ sunt anima-
lis sequuntur vtpote inferiores, species ipm
genus : inde differentia, quod proprio sit
vniversaliōr; inde proprium, quod essentia-
libus magis affine sit & cognatum, in eo qd
quid est prædicatum. Post accidentis, vtpote
essentiæ aduentitiū pdicatū in eo qd quale,

A iiiij Verum

EXPEDITA ARGVM. RATIO

Verum enim uero quoniā prædicantiū quēdā æquiuoce prædicantur, quēdā vnuoce, quēdā denominatiue, quia in libris Expe-
tēdorum ac fugiendorum plurimis id pro-
secuti sumus, satis erit cognitionis tenuis
Aequiuoca causa paucis comprehendisse. Aequiuocū
igitur est, cuius nomen solum cōmune, prē-
ter nomen vero, essentiæ ratio alia : vt hæc
vox, canis, terrestris est & marini & cœle-
stis. Præter nomen aut̄ ratio essentiæ cuius-
libet horum propria ac sua est : aliam siquidē
sciscitantibus terrestris, aliam marini,
aliā cœlestis reddemus definitionem. Vnu-
Vnuoca. oca porro, quorū nomen cōmune, & præter
nomen ratio essentiæ eadem, vt animal &
homo & equus, quibus præter nomen ra-
tio essentiæ eadem, essentia siquidem ani-
mata sensibilis tam hō q̄ equus. Denomi-
natiua porro, quæ ab alio casu differunt,
præterq̄ nomen habent appellationem: vt
a grāmatica grāmaticus, a musica music⁹,
quæ & nominis & rei hñt cōmunicationē, &
differentiā rei & differentiā nominis, sicut
etiam ostendit diffinitio, quæ enim sunt ab
aliquo, cōmunicāt in eo quod ab eo, sed nō
vnu & idē sunt : differunt siquidem casu, vt
grammatica grāmaticus, in reliquis tñ cō=
municāt.

*Denomina-
tiua.*

GEORGIO VALLA AVTORE.

municant. Illud pariter nos ne lateat, æquiuocis e regione opponi polyonyma, tē in non minibus differentib. habentia communē. vt ensis, gladius, machæra, spatha. Vniuocis e regione obīci heteronyma, quæ differentiam rei & nominis habent, vt homo & albor: nam alterum animal, alterum color. Locum medium inter hæc quatuor obtinens, homonyma, inquam, polyonyma, synonyms & heteronyma ē paronymum, quatenus enim communicationem habet nominis, assimilatur æquiuocis seu homonymis: at dissimile polyonymis & heteronymis. Quatenus potro nominis habet differentiam, assimilatur polyonymis & heteronymis, at dissimile æquiuocis & vniuocis: rursus vbi rei habet communicatiōnem, assimilatur vniuocis & polyonymis, dissimile æquiuocis & heteronymis, vbi rei differentiam habet, assimilatur æquiuocis & heteronymis, sed dissimile vniuocis & polyonymis.

DE ESSENTIA.

Essentia igitur res ē subsistēs, & per se, Essentia, quatenus essentia, existēs, alio nō egēs: hoc est substantia. tametsi ortui ac geniture substet, sicut stantia. cū primū pducta ē: nā solū de ortu caret, &

A v proprie

EXPEDITA ARGVM. RATIO

proprie p se existit, quia ab omnib⁹ quoddā
absolutum ac seiunctum est: at reliqua pre-
dicamenta circa essentiā. Nouem siquidem
prædicamenra adsunt & absunt pter subie-
cti, quæ est essentia, corruptionē: quippe q̄
accidentis nomine nuncupantur. Magnum
nanq̄ & paruū, quod quantum est, in visua
nō persistit, quod incrementum & diminu-
tionē subeat ad corporis habitudinē. Con-
tinentia & parcitas maior & minor, eodem
manente subiecto, vt homine: pueri siqui-
dem ad virilem etatem excrescimus, in ea-
demq̄ essentia permanēmus, quantitate
differentes. Itidem nūc album, nūc nigrum,
idem cernitur qualitate distinctum, vbi ea-
dem essentia. Et qui nunc amicus mox ini-
micus, differt in eo quod Ad aliquid, cū ta-
men essentia non mutetur, & nunc quidem
Placentiæ, nunc vero Genuæ: quod Vbi est
prædicamenti, nec alterā admittit essentiā.
Præterit nūc, & idē manet quod erat subie-
ctū, idq̄ ē Q̄. Modo stat modo sedet, quod
est Cōpositum esse. Et armatū est & inerme
quod est Habere. Cedit aut secat idē ma-
nens, essentia neutiq̄ immutata, estq̄ prædi-
camentū Facere. Et secatur quis, aut cedit
immutata esētia, estq̄ Pati. Decē yō, nec
plura

GEORGIO VALLA AVTORE.

plura sunt prædicamēta, id quod ex quadā
certū est distributiōe, quæ est huiusmōi: Ens
aut in subiecto est, aut non est in subiecto:
qd in subiecto nō ē, facit essentiā: qd in sub-
iecto, aut per se inspicitur, aut non per se:
qd nō p se facit Ad aliquid, affecta siquidē
sunt q ad aliqd, ideo non p se spectantur, &
aliū referūt. Filius enim patrē refert, seruus
aūt dīm, & frater fratrē, & prorsus qcunqz
sunt ad aliquid talia. Quod porro per se, aut
diuisibile ē, & facit Quantū, aut indiuisibi-
le, & constituit Quale. Reliqua sex predica-
menta ex horū mixtione gignuntur. Essen-
tia nāqz cum quanto mixta vel in loco spe-
ctatur, & Vbi prædicamentū facit, vel in tē-
pore, & Quādo efficit: cū qualitate mixta
vel actionē habet, estqz Facere; vel passio-
nem, & est Pati. Cū eo aūt quod est ad ali-
quid conueniens, vel in alio ponitur, & Cō-
positū esse dicitur: vel ei accōmodatur atqz
adīscitur alterū, estqz Habere. Itē circūpre-
hendit & facit habere, comprehendit enim
tunica corp⁹: & virtutes & vitia aīam. Rur-
sus quemadmodum essentiæ, ita & quanti-
tati nihil est contrarium, ob hoc in uicem
cōmunicantia sunt pxima, Qualitas anteit
quod est ad aliqd: quoniā quale per se ē:
ad alia

EXPEDITA ARGVM. RATIO

ad aliquid aut affectum, ac in relatione positum est. Reliqua his substruuntur. Vbi namque praecedit quod locus immobilis, tempus vero mobile: atqui quies motum praecedit, & principium ortum ipsum, & immobilitas motum. Facere antecedit pati, quoniam facere quam pati nobiliter est. Compositum esse praecedit habere, quod ponit quam circumponi simplicius. Rursus essentiae suum & peculiare est non suscipere magis & minus: non enim magis animal homo quam equus. Qualitatis autem suscipere magis & minus, album siquidem magis & minus dicitur, ita cetera accidentia qualitatis. Quantitatis proprium est, aequale & inaequale, ut palmus, vlna: ut tres tertie vlnae vni, vni vlnae aequales, & quinque & decem inaequalia. At bis quinque ipsis decem aequalia. Ei⁹ porro quod est Ad aliquid proprium, est opposita colligere. Nam patre existente, est etiam filius, & domino existente, est seruus. Vbi proprium est comprehensionis, sicut ipsis Quando, non permanere, sed effluere: Facere est actio, ut Parti passio. Compositum esse, est proprium situs, ut Habere, adiectio. Dividitur autem essentia in corpore & vacuam corpore. Corpus in animatum & anima carens, animatum in sensibile & sensu vacuum, sensibile in animal & zoophyton,

Proprium
essentiae.

Divisio
essentiae.

GEORGIO VALLA AVTORE.

phytū, rursus animal in rōnale & rōne ca-
rēs. Species aut̄ ultima, vt hō, in indiuidua,
vt Socratē, Platonē, Georgium, Eucarpū.

Quantitas diuidit in linea, superficie, corpus, Quātitatis
locū, tps, numerū, & orationē. Et quantum
quidem aliud est continuum, aliud discre-
tum. Continui quinque sunt nominatae spe-
cies: discreti reliqua duo, numerus & ora-
tio. Rursus quanti quoddam est sitū haben-
tium ad se inuicē earū quae in ipsis cōstite-
runt particularum, vt linea, superficies, cor-
pus, locus: quoddam non habentium situm,
vt numerus, tps, & oratio: nam licet temp⁹
sit continuum, non tamen etiam habet po-
sitionem, quod non perstet, at quod nō per-
stat, quo pacto positōem habere potuerit:
Rursus a quāto quatuor effluūt mathema-
ticæ: nam continuum vel immobile est, &
Geometriam facit: vel mobile, & procreat
Astronomiam: discretū vel per se inspi-
citur, & facit Arithmeticam: vel ad alterū
affectionem habet, & facit Musicā. Qua-
litas diuiditur in habitū & affectionē, passi-
bilem qualitatē & passionem, potentiam &
impotentiam, figuram & formam. Habi-
tus est intentio affectionis, & in se per-
manentiae ex iugi & exercitata actiōe, vt in
naturam

Qualitatis

Habitus.

EXPEDITA ARGVM. RATIO

naturam transire videatur, & quædā cōpā-
rata vsu natura, habitus etiā nomen obti-
nent, q̄ a natura sunt nobis insita, nedū af-
fectione, vt visus & cæteri sensus. Passiuā
qualitas similiter est passionis incrementū,
intensioq; difficulter delebilis, plancue in-
delebilis, nō defuerūt philosophi, q̄ in mo-
ribus pariterq; disciplinis habitū dicērent,
passiuāq; q̄litatē in ira, odio, reliquiq; per-
turbationib; ex languore. Caliditates
porro & frigiditates nuncin habitu & affe-
ctione ponerēt, nūc in passiuā qualitate &
ægritudine: & proinde a participando ha-
bitus vel affectio iure dici videtur caliditas,
ab alterādo aut̄ passiuā qualitas vel passio.
Potentia vt in infante cū dicimus cursum
vel iracundū esse, potētia grāmaticum vel
musicū, vel astronomū, & omnino eorum
quæ in præsentia nō possit exercere: at tem-
porū accessu cōtingens, vt id possit efficere.
Impotem v̄o eum, qui capax nō est natura
ad aliquā olim obeūdam actionem, vt ho-
mini volare impossibile ē, & aquilæ in aqua
vitā ducere, & equo sermocinari, & cætera
quæ factu impossibilia. Figura dicitur line-
aris effectio, reic; alicui⁹ expressio. Forma
prominens qualitas, substantia ue & idea,
& infor-

Passiuā
qualitas.

Potentia.

Figura.
Forma.

GEORGIO VALLA AVTORE.

& informatio, & interpolata coloratio. Sunt
qui figuram in reb. accipient inanimatis :
Formam vero in reb. animatis : Alij figu-
ram quidem fastigiose procedentem : For-
mam vero supernam vocant superficiem.
Ad aliquid generalius distributum, quadri-
fariam diuiditur. Cui sententiae gramma-
tici quoque astipulantur : In naturam, for-
tunam, artem, & propositum. Vbi distri- vbi.
buitur simpliciore modo in sursum, deor-
sum, ante, pone, dextrorum, leuorum.
sed horum singula variam habent affectio-
nem : nam eius quod est sursum, multæ
differentiæ, in nubibus, in æthere, in astris,
ad polum, supra polum. Similiter dehor-
sum, & reliqua in infinitu particularioribus
locis euariantur. Quando autem diuidi- Quando.
tur in præsens, præteritum & futurum tem-
pus. Præsens indiuiduum, reliqua diuidun-
tur. Facere distribuitur in rem, & oratione, Facere.
& sensum interiorē. Actio per manū ex-
ercitum, perque instrumenta omnia, & horū
singula in suas actiones. sermo in omnium
nationū idiomata. interroganti nanque quid
hic mihi facit : occurrimus sermocinatur.
differit, intelligentia excutit. Pati in ea que in
anima sunt, & quæ in corpore, quæ passiones
sunt infinitæ. Cōpositū eē distribuitur in sta-

EXPEDITA ARGVM. RATIO
tum, sessionem, recubitū: quorū singula suas
hānt differētias. Nā status ē, vel in tota plā-
ta, vel in extremitis dīgitis, vel geniculan-
tibus, vel ascensu æquali vel inæquali, am-
bos pedibus, vel vno cruris nīxu. Sessio
quoq; recta, prona, supinata, alterna, po-
plitis in genua mutatione, & similibus. Re-
cubitū pāriter supinus, pron⁹, obliquus, atq;
ita in cætera. Cōpositum esse quoq; est vi-
dere: vt in aceruo frumenti, harenæ, vt in
oleo, aqua, & similibus. Ex varijs agendi
figuris. Habere distribuitur, sicut in arma-
tum vel quōcunq; tectum esse, permutati-
one aliqua, aut impositione: vt in modio,
in fidelia, reliquisq; vasis: dicimus nanq;
modium habere triticum, vīnum ue habe-
re fideliam: In possessionem, vt cum quis
habet opes, iugū fert vel habet, & similia.

DE QVAESTIONIBVS.

Expositis simplicibus rebus ac vocib.
E de quibus omnis oritur ambiguitas,
consequens videtur, vt ambiguita-
tum siue quæstionum genera ostendamus,
quæ veterum consensu Philosophorum,
aut soli deo, vel naturæ cœlesti sunt cogni-
ta, aut omnibus obvia, aut solis peritis ho-
minibus explorata. Quæ soli naturæ celesti
cognita

GEORGIO VALLA AVTORE.

cognita, nefas indagare : quæ omnib⁹ certa, delirum est disputando exquirere. Sola restant igitur peritis duntaxat explorata, rōne & intelligētia patefacere, quorū ratio est omnino quadriparita. Queritur siquidē, an sit, quid sit, quale sit, & cur sit. An sit: vt an Vlysses Aiacē occiderit. an vltra Indiā sint populi. an Genua a Magone Peno sit diruta, & a Romanis restituta. Quid sit hō, quid sit eclipsiſ, quid sit cōtinētia, quid sit electrū. Quale sit: vt qualis sit Indica natio. qualis fuerit Plato. qualis nardus Celta, qualis Neroniana vita. Cur sit: vt cur cœlū rotundū: cur hoies ciuitates cōdiderint: cur leges, qbus tenerentur, sciscendas esse existimauerint, cur Gallorū rex in Italiam duxerit exercitū. Proinde, An sit, An sit, conjectura explicatur hoc mō: vt cū quæratur, natura ne sit ius inter homines, an opinionib⁹: aut cū qritur, quæ fuerit origo cuiusc⁹ rei, vt, q̄ origo Grāmaticæ aut Rētoricæ, disciplinarum ue reliquarū: aut de interitu; vt num sit in hoie virtus interitura. Quid sit, definitiōe explicatur: vt cū qritur, Quid sit, quid sit iustitia, qd sit sacrileg⁹, qd sit ēther. propriū ne sit recte loqui grāmatici: & ornate dicere sit ne p̄priū oratoris, aut q̄t sint

B partes

EXPEDITA ARGVM. RATIO

partes orationis, quot sint virtutū gñā. aut
si quæritur, quæ sit natura auari, seditiosi,

Quale sit. gloriosi, insulsi. Quale : sit ne appctēda glo-
ria, an expertenda pecunia, laus ne an opes:
magis expertēdæ. nū fugiēda paupertas. equū.
ne sit vlcisci iniurias. honestum ne sit glorie:
causa mortem obire. Cur sit, finem spectat
& coniectura explicatur.

DE SEDIBVS ARGVMMENTO=

rum, pariterq; argumentis.

Poste aquam questionū genera cognita.
sunt, vt ois soluatur ambiguitas, opus:
est argumentis: quæ vt arte deprehen-
sa teneantur, quibus de locis eruantur in=
spiciendum est. Et quoniam dialecticorum
seu probabilium cupis habere cognitionē,
demonstratiuorū & sophisticorū locos mis-
fos faciemus, quos tibi in nostro magno li-
cebit opere. Expertendorum ae fugiendorū
intueri: nunc demum probabilibus erimus
contenti. Sunt ergo Loci, vnde probabilia
educuntur argumenta, argumentorū ipso-
rū sedes: quoru; alios extra dicendi ratio-
nem ad id quod in controversia positum est,
cōprobandū accipimus. alij, quos ex causa
trahim⁹. illos artis expertes, hos artifia-
les solemus appellare. Ex illo priore gene-
re sunt,

Cur sit.

Loci.

GEORGIO VALLA AVTORE.

re sunt, p*ri*udicia, rumores, tormenta, tabulae, iusurandū, testes; Ex altero sunt, ex tot*o*, ex partib*o*, ex nota, ex cōiugat*o*, ex g*en*e, ex forma, ex similitudine, ex differentia, ex contrario, ex adiunctis, ex antecedentibus, ex consequentibus, ex repugnantibus, ex causis, ex effectis, ex comparatione maiorū, aut parium, aut minorum.

P*re*iudicium itaq*ue* dicitur res, quae cum P*re*iudicium statuta fuerit, affert iudicaturis exemplum quod sequantur: vt a senatu aduersus Milonem. Confirmat*ur* pr*ae*cipue duobus, auctoritate eorum qui pronunciauerunt, & similitudine rerū de quib*o* q*ui*ritur. Erit ergo a p*ri*udicio argumētū huiusmodi: Senatus cōsulti de hac re p*ri*udiciū latū est: nō est ergo quod de ea plura dicamus. nā aduersus cōsulta Senatus, decretaue Principū vel magistratum, remedium nullum est.

Rumor ac fama publicum testimonium R*umor*. F*ama*. est: quod qui vult infringere sermonem vocat sine ullo certo autore dispersum: cui malignitas dederit initium, incrementum crudelitas: quod fraude inimicorā alicui possit accidere innocentissimo.

A tormentis pbamus, cū dicimus inuentā A tormentis eiusmodi q*ui*stionē ob vera fatēdi necessitatēs.

B § tem. Con-

EXPEDITA ARGVMENT. RATIO
tem. Contra tormenta, dicit ipsa esse ple-
runq; caussam falsa dicendi: quod alijs pa-
tientia facile, mendacium faciat alijs infir-
mitas necessarium.

A tabulis. A tabulis, aut pro tabulis, aut cōtra ta-
bulas: quas scimus refelli ac recusari, id no-
tius est argumentandi genus, quam vt plu-
ribus hoc tempore videatur explicandum.

**A testimo-
nijs.** A testimonijs argumentamur, circa quę
patronis causarum sudor. Pro testimonijs &
contra testimonia quo pacto argumentan-
dum, res ipsa nos admonebit.

**A iureiu-
rando.** A iureiurādo argumentabimur, magnū
momentum videri, a viri autoritate indu-
ctum, aut a viri improbitate refellemus.

Peruulgata satis hęc sunt argūentoz gña,
q̄ artis dicuntur expertia: & ex ea quae agi-
tur causa facile nobis suggeruntur. quare ad
artificialia transeamus.

A toto. A toto igitur ducitur argumentum, cum
quod in quæstione positum est, definiendo
comprobamus. Definitio proprie per ge-
nus & differentiam fit: vt homo est animal
rationale. Rhetorica est ars bene dicendi.
Sed aliquādo loco definitionis utimur de-
scriptione: vt homo est animal bipes, cuius
caput in cœlū attollitur, & binæ ab humie-
ris de-

GEORGIO VALLA AVTORE.

ris dependent manus, & eo modo reliqua.
Si ergo q̄stio de toto aliquo, ea definiendo
diluitur. Est aut̄ definitio, vt Plato inquit,
brevis oratio, subiectæ rei naturā ostendēs.

Vt aut̄ Aristoteles: Definitio ē oratio, quæ *Definitio*.
id quod definitur, explicat qd sit. Hæc igit̄
tur proprie per genus & differentiā, vt dixi-
mus, id facit. Sed aliquando etiā diuiden-
do, vt genus in species: aliquando partien-
do, vt totū in ptes. vt si fuerit q̄stio de ani-
mali, quid sit, de toto animali quæritur. Per
genus ergo & differentiā definiendo diluo
quæstionem : cum dico, animal est substā-
tia animata sensibilis: diuidendo autem idem
ostendo oblique dicendo, animal est quod
partim in terris, partim in aquis, partim in
aere vitā ducit. Partiendo hoc modo: ani-
mal est quod anima constat sensibili & cor-
pore. Aliquando definimus a contrarij re-
motiōe, vt Horatianū illud: Virtus est vitiū
fugere, & sapientia prima Stultitia carui-
se. Si fuerit ergo quæstio, an concha maris
sit aīal, a toto, nēpe ab aīali trahi argumē-
tū per definitionē, dicēdo: Animal est sub-
stantia animata sensibilis : Concha maris est
substantia animata sensibilis, ergo concha
maris est animal. Ex partium enumeratio-

B iii ne tra-

EXPEDITA ARGVM. RATIO

ne trahitur argumentū: vt si queraſt, an mō-
tis crypta sit domus, diluif quæſtio hoc mō:
dom⁹ cōſtat ſolo, fundamēto, ac parietibus
cōſurgit: & tecto ſuperne cōtegit: crypta nō
eft huiusmodi: non ergo domus.

A b etymo= A nota verbi ſeu etymologia locus duci-
logia . tur argumenti, cū quod in quæſtione pofitū
eft, etymologia diſſoluitur: vt ſi quaeratur
de quoipā, an ſit locuples, ab etymologia
argumentabor hoc modo: Locuples eft qui
locis abundat: abundat autem locis ille, eft
ergo locuples. Poteſt & per negationē cō-
probari: vt quod ex humo non eft, id nō eft
homo: non eft autem ex humo anima, non
ergo anima eft homo.

A coniuga- A coniugatis. Coniugata dicuntur, que
tis. ſunt ex verbis generis eiusdem: vt prudens,
prudentia, prudenter: vt ſi queraſt de quo-
piam, ſit ne prudens. arguitur eſſe hoc mo-
do: Prudenter agit, ergo prudens eft. Ita
iuste agit, ergo iustus. ager eft compascuus,
ergo licet compascere.

A genere. A gñe. Sicut a toto diximus partes cō-
phari partiendo, ita a gñe species diuidē-
do cōprobamus. Nā cum Rhetorica in pa-
rtes diuidatur, inuentionē, diſpoſitionē, elo-
cationē, memoriā, & pronūciationē: ſi quid-
fuerit

GEORGIO VALLA AVTORE.

fuerit haę partiū, oñdemus eē inter partes rhetorice collocādū. At cū eiudē artis sint spēs, demōstrativa, deliberatiua, iudicialis, in quas Rhetorica gen⁹ diuidiſ: oñdemus si qua ořo structa in haę aliqua fuerit specie, totā eo cōfluere Rhetoricā, & partes ipsius, ibidem inueniri. Et si quis moriens legauit argentū vxori omne suū, queratur, nū etiā numerata domi pecunia legata sit, a generi eruetur argumētum hoc modo: Omne argentum vxori legauit maritus, atqui numerata domi pecunia argentum est, ergo & numerata domi pecunia legata est.

A forma siue specie est, cum sicut a partium enumeratione totum comprobari dimicimus: ita a specie genus demōstratur, quæ hoc mō distinguunt. Si totū velimus oñdere, omnes nobis partes sunt ostendenda: nā si oronis partes nō octo, sed pauciores attingamus, nō poterimus oēm oronē illis cōcludere, velut si rhetoricā tanq totū qddā velis per inuentionem & dispositionem cōprehendere, non possis. Contra vero ipsam tanq genus ostēderis, vna dūtaxat expressa specie, vel iudicali, vel deliberatiua, vel demōstratiua: vt rhetorica deprehenditur, vbi iudicalis fuerit ořo. Ut qm̄ resp. veterū

A forma siue specie.

B iiiij fere cō-

EXPEDITA ARGVM. RATIO

fere cōsensu tres habet species, quæ populi, quæ paucorum, quæ vnius potestate regatur, ad genus quod est respublica, constitendum vna harum satis erit.

A similib. A similibus argumētū est, vt: Si cōtinētia virt⁹ est, & abstinētia. Si fidē debet tutor, & procurator. Ac sicut in inductiōe, de q̄ post, vbi de argumētatiōe. Interrogādo: vt prudētia ne est virtus, & iustitia nō est: Itē si ferē partus suos diligunt, qua nam in liberos nostros indulgentia esse debemus?

A differen= A Differentia. Nō si lāetitia bonū, & voluptas. Non quod mulieri, idem & pupillo. Si barbarorum est in diem viuere, nostra cōsilia sempiternū tempus spectare debēt. Ac in vtroq̄ genere & similitudinis & dissimilitudinis exempla ponunt oratores ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis, fictaeq̄ narrationes plerunq̄ ponuntur.

A contra= A Contrario. Si Gracchus nefarie: preclare Optimius. Si frugalitas bonum, cur nō malum luxuria? Si malorū cāussa bellū est, erit emendatio pax. Si veniā meretur quod imprudens nocuit, non meretur pmiū qui imprudens profuit? per interrogationē, vt Horatianū illud: Descriptas seruare vices operumq̄ colores. Cur ego si nequeo ignorōq̄ po-

GEORGIO VALLA AVTORE.

roþ poeta salutor : Et rursus. Cur nescire
pudens prae, quam discere malo :
Ab adiunctis. Si pietati summa tribuenda Ab adiunc-
laus, debetis moueri cum Q. Metellum tam sis.
pie lugere videatis. Si bonum iustitia est,
recte iudicandum. Si malum perfidia, non
est fallendum Quod quis non habuit, quo-
modo perdit : quem quis amat, sciens non
lredit. Quem quis haeredem suum esse vo-
luit, charum habuit.

Ab antecedentibus. Si viri culpa factū
diuortium : & si mulier nuncium remisit, ta- Ab antece-
men pro liberis manere nihil oportet. Si dentibus.
natum est, morietur. Si multis cumulabat
officijs: diligebat, colebat.

A cōsequentibus. Si & ferro ille interfect⁹, A conse-
& tu inimicus, & cū gladio cruento cōphen- quentibus.
sus in illo ipso loco, & nemo p̄ter te visus ē,
& causa nemini fuit occidēdi, & tu semp̄ au-
dax, qđ est quod de facinore possimus du-
bitare: Itē vt pro Opio Cicero: Quos edu-
cere inuitos in p̄uincia nō potuit, eos inui-
tos retinere qui potuit: Cōsequēs em̄ ē eos
q̄ inuiti ducinō potuerunt, inuitos nō potu-
isse retineri. Rursus: Si portoriū Rhodijs lo-
care honestū est, & Hermocreonti condu-
cere. & Quod discere honestū ē, & docere.

B v Idem

EXPEDITA ARGVM. RATIO

Idē efficit Domitij Afri sīa : Ego accusauis
vos dānastis. Cōsequēsc̄, Nat⁹ ē, ergo mo-

**Ex repug-
nantibus.**

Ex repugnātibus: q̄ sapiēs ē, stult⁹ (rit.
nō ē, vt Crassi illud: Nō si Opimiū defēdisti
Carbo, idcirco te bonū ciuē putabāt: simu-
lasse te, & aliud qdē quēsisse p̄spicuū ē: quod
Gracchi mortem s̄aþe in concionibus de-
plorasti: quod P. Africani necis socius fui-
sti: quod eam legem in Tribunatu tulisti:
quod semper a bonis dissensisti. Et per in-
terrogationem, vnde peracuta efferuntur
enthymemata: de quibus mox, hoc modo:
Paucos ciuēs metuis occidere: ne Respub-
lica intereat nihil allaboras: Hunc quē nō
accusas, dānas: & quē de te bñmeritū autu-
mas esse, male mereri acclamitas: Item id
qd scis, pdest: & id quod nescis, nō obest.

Ex causis.

Ex causis: Auaritiam si tollere vultis,
mater eius tollenda luxuries. Si sapientia
bonum virum facit, bonus vir est vtiq̄ sa-
piens: ideoq̄ boni est honeste facere, ma-
li turpiter. &c, Qui honesta faciunt, boni:
qui turpia, mali recte iudicantur. Hoc ge-
nus ad exhortandū plurimum valet: virtus
laudem facit, sequenda igitur: at volupa-
tas infamiam, fugienda igitur. Sciētia glo-
riam parit, discendum igitur. Imperitia re-
rum cō-

ATIO
rum acquisitio
rum, ergo me
stis, ita
ū defensio
abār: finis
icū: Ex quo
sionibus de
s focus in
ianu nullū
l. Et per
a efficien
., hoc mod
ine Refor
lunc qd
nerit a
tast: Iter
nō obedi
ollere valo
Si aperte
est virtus
facere, ma
ciunt, bont
ur. Horum
valer. Horum
r. at vole
Sciētia go
imperitio
rum cō
rum

GEORGIO VALLA AVTORE.

rum contemptum gignit, vitanda igitur.

Ex effectis nō difficile fuerit trahere argumentū : nā vt causa qd sit futurū indicat, ita qd effectū fuerit cā demōstrat. Dies est, ergo sol lucet sup terrā. Peperit, ergo cū viro cōcubuit. Hic loc⁹ oratoribus & poetis, & qnīb philosophi, ac eis omnino, q ornate & copiose log possunt, suppeditat mirabilē cōpiā dicendi, cū denunciant quid ex quaç re sit futurum. Causatum nanç cognitio, cognitionem facit euentorum. Suas tamen effectorum caussas opportet adducere: nam sicut corpus in lumine vmbram necessario facit, vt vbiq̄ est vmbra, ibi esse corpus oñditur: ita necessarium non est, vt q colo ratus, a sole sit. Iter quoç puluerulentū facit, sed nō omne iter puluerem mouet, neç quisquis puluerulentus, ex itinere est.

Ex comparatione maiorum : Si bona existimatio diuitijs præstat, & pecunia tā topere expetitur, quanto gloria magis ex petenda est: Item : Si quis sacrilegium facit, faciet & furtum . Si adulterum occidere licet, & loris cädere.

Ex minore: hic paruç cōsuetudinis causa, in morte h̄tā fert familiariter, qd si ip̄e amas set: qd hic mihi faciet p̄f: Rurs⁹: q facie ac palam

Ex effectis

Ex cōpara
tione.

Ex minore

Ex pari.

EXPEDITA ARGVM. RATIO
palā mentitur, peierabit. Iterū: Si furem
nocturnum occidere licet, quid latronem?

Ex pari, vt. Est eiusdem & eripere cōtra
Remp. & largiri pecunias. Iterū: Qui ob rē
iudicādā pecuniā accepit, & ob dicēdū fal-
sum testimonīū accipiet. Rursus: Quę poena
aduersus patris interfectorē iusta est, ea-
dem aduersus matricidam iuste infligitur.

QVI LOCI QVIBVS
congruant quæstionibus.

Ad quæsti- **M**Emorati hactenus oēs loci ad q̄stionē an sit.
onē an sit. ones plerasq; sed alij ad alias apti-
mores. Ad conjecturā igitur maxime

apta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quę ex
cōiunctis sumi possunt. Ad definitionē aut̄
pertinet ratio, & scientia definiendi: atq;
huic generi finitimum est illud quod a Ci-
cerone appellatur de eodem & de altero:
quod genus forma quædam est definitiōis.

Ad quæsti- Nam si quæratur, sit ne idem pertinacia &
onē quid perseverantia: rex & tyrannus, tutor & cu-
rator, definitionib⁹ iudicandum est. Loci
autem conuenient in definitione conse-
quentes, antecedentes, repugnātes, & ad-
iuncti: & præterea qui ex causis & effectis:

vt si hāc rem illa sequitur, hanc non sequi-
tur; aut si huic rei res illa antecedit, huic nō
antece-

GEORGIO VALLA AVTORE.

añcedit; aut si huic repugnat, illi nō repugnat; aut si huic rei hæc, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectū ē. ex quouis horum id de quo queritur, idem ne an aliud sit inueniri potest. Ad tertium genere questionis, in quo quale sit queritur, onem quae cadunt quæ in comparatione sunt memorabile sit.

tata, quæ expetenda, quæq; fugienda, animi, corporis, & externa cōmoda vel incōmoda. Cū de equo & iniquo queritur, equitatis loci colliguntur, qui sunt & natura & instituto: natura, ut quilibet sua tueatur. Instituto aut lege, aut pacto, aut moris vestitate confirmata. Omnia suggerunt nobis argumenta. Itidē pietas, sanctitas, iustitia, aut æquitas, amentatas nobis ad in-

eundū certamen hastas abunde suppetunt. Quarto generi, cur sit, conueniunt omnes qui cōiecturę loci sunt a nobis dicti. Deniq; cū sint q̄stionū genera duo præcipua: vnu infinitū, qđ thesīm Græci, nostri propositū: alterum finitum, quod illi hypotesin, nostri causam vocat. ac de primo satis multa hoc tempore dictum sit: paucis secundum quoque concludamus, quod solum temporis, personæ, lociq; complexu continetur.

Ad questionē cur sit.

DE QVAESTIONE CAVSAE.

Rebus

EXPEDITA ARGVM. RATIO

Rebus itaq; in omnib; argumētamūr,
aut ex eo qd psonis, aut ex eo qd ne-
gocijs attributū ē. Personis qdē attri-
buūt, nōmē, naturā, victus, fortuna, habi-
tus, affectio, studia, cōsilia, facta, casus, oīo-
nes. Nomen, quo singuli nominantur pro-
prio ac certo vocabulo, ab eo sēpe etiā po-
etae aliqd sibi assumūt ad probandū impro-
bandū ue, argumentū, vt Plautinū illud in
Bacchidib. Adeō me fuisse fungū, vt qui illi
crederē, Cum mihi ipsum nomen eius Ar-
chimedis Clamaret, adēpturū eē si quid
crederē: Loci quoq; nomē p̄bet argumen-
tū : vt idē poeta in fabula q Menæchmi in-
scribitur: Propterea huic vrbi nomen Epi-
dāno inditū est, Quia nemo ferme huc sine
dāno diuortif. Natura aut diuina, aut hūa-
na : humana vna virilis, altera muliebris.
Natio quoq;, vt græca Latinaq;, aut bar-
bara. Patria, vt Genuensis an Veneta. Co-
gnatio, vt qui maiores, qui consanguinei.
Aetas, puer an adolescens, vel natu gran-
dior, p̄bent argumentū. Cōmoda quoq; &
incōmoda in natura considerantur, animo
corpori ue insignita: vt valetudo, imbecilli-
tas, longitudo, breuitas, forma, deformitas,
velocitas, tarditas, acumen, hebetudo, me-
moria,

Nameu.

GEORGIO VALLA AVTORE.

moria, obliuio, comitas, officium, prudentia,
patientia, & contraria: & denique talia oiam
qua natura inueniuntur. Nam similes parentibus
ac maioribus suis saepe filij creduntur, ut
inde honeste turpiterque viuendi cause fluant.
Suique nationibus & gentibus sunt mores.
Patria, quam ciuitatum leges sunt, & instituta,
& opiniones. Sexus, ut latrociniuum facilius in
viro, veneficiuum in foemina credatur. Aetas, qua
aliud alijs animis magis conuenit. Educa-
tio & disciplina, quoniam refert plurimum, a
quibus, & quo quisque sit institutus. Dicitur
quoque in argumentum, species libidinis, robur
petulantiae. Atque in uictu haec spectabuntur,
In fortuna seruus an liber: locuples an pau- Fortuna.
per: priuatus an cum potestate: & ea iure ne
an iniuria: foelix & clarus, an contra. Qua-
les liberos habeat: & si de mortuo queritur,
quali morte decesserit.

In habitu, ut trahi arguenta inde possint, Habitus.
considerant animi aut corporis costas & absolu-
ta aliqui in re perfectio, virtutis artis ue alicuius
perceptionis corporis que aliqua commoditas, non
natura data, sed studio & industria parta.

In affectione animi aut corporis, ex tempore aliqui Affectio.
que de causa commutatio: ut laetitia, cupiditas,
metus, molestia, morbus, debilitas, & id genus
alia.

In stu-

EXPEDITA ARGVM. RATIO.

In studio, qd est assidua & vehemens vobuntatis in te aliqua occupatio: vt grammatica, rhetorica, geometria, mercatura.

Consilium. In consilio, quod adhibuisse videri potuerit ex eis quæ tentauit aut peregit.

Facta. In factis, in casu, in oratione, quid fecerit, quid acciderit, aut quid dixerit. Hæc actalia personis deputantur: vnde vis argumentorum non parua erui potest. In negotiis quid antecesserit, quid in re ostendatur, quid consecutum sit spectatur, causa quoq; oim cōsideraſ. Capitur argumentū a loco, a tempore, a modo, ab occasione, a facultate. ex opportunitate inquā loci, ex magnitudine, ex interuallo, lōginquitate, propinquitate, solitudine, celebritate: & natura loci commoda vel incommoda ad id perpetrandum, de quo est quæſtio. In tempore. interdiu an noctu: præsens, præteritum, futurum suggerit argumenta. Nam iamdiu facta, in fabularum videtur numerum peruenisse. Cōsideratur etiā quid ocy⁹ & qui d ocyſſime, aut contra: vti magnitudo negocij, multitudoue melius colligatur. Occasio est tempus habens in se aliquius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatē. ac sicut in tpe spaciū, ita in occa-

Occasio.

GEORGIO VALLA AVTORE.

in occasione specta^t opportunitas. hæc aut
publica, aut cōis, aut singularis. Publica, vt
ludi, dies festi, nūdinæ, bellū. Cōe qd statu
fit tpe: vt messis, vindemia, e^tstus, frig⁹. Pris
uatim, vt nuptiae, funus, cōuiuiū, somn⁹. In
mō: quēadmodū & q aio factū sit, augura
mur. Cui⁹ ptes, prudētia & imprudētia, in
scitia, casus, necessitas. In facultatibus, quō
facilius confici vel non confici, de quo que
ritur, potuerit. Hi fere, & consimiles sunt
loci, vnde educi fere ad omnem diluen
dam quæstionem possunt argumenta.

DE LOCATIONE ARGV-

mentationis.

SVperest vt de argumentationū locati
one dicamus. In qua re tractāda, ne ex
facili diffīcilē faciam⁹ aggressum, mul
ta (meras plane prēstigias) omittemus, que
ad argumentandū mentē nō modo nō ex
plicant aut adiuuāt, sed implicant atq^e prē
pediūt. Quis nāq^e hypotheses (suppositio
nes nominare solent isti) citra cuiuspiā tra
ditionē pponere nō cognouerit: aut ppo
stas, cōfusa omni abacta barbarie, non de
prehenderit: Nā pponentē, ois hō, est ois
hō, quis nō cernat falsum enūciare, idq^e ex
loquendi more, terminorū expositionē, ver
borum

EXPEDITA ARGVM. RATIO

bōrū & ořonū interpretationē solent barbari
hořes appellare: q̄ pr̄sus ridicula, sermonū
q̄ laruæ quedā sunt, qd ab vſu omni remo-
ta ciuili sint. Deinde hæ, si quæ paulo remo-
tiores fuērint loquēdi cōsuetudines de grā-
matica facultate vſuq̄ dicendi clarissimor̄
autoꝝ, facile pcipi possunt, atq̄ innoteſce-
re: vt nō Aristotelicū, nō Platonicū, nō cu-
iusq̄ alteri⁹ eminēti⁹ philosophi iudiciū hæc
iure attingēda cēſuerit. Faceſſant ergo ista
a nobis quoq̄, quæ diſſerētibus nō tā pro-
ſunt q̄ officiūt. Quid porro vñāquāq̄ rē cō-
ſequāt, aut nō cōſequāt, Cōſequentiās iſti
vocāt, memorādū exiſtiāt, niſi ap̄c prudē-
tes nō īquā ſtolidos me facere yba cognos-
cerē: qb⁹, mō i ybis caligo nulla, ambiguitas
nulla occurrat, qdnā demū pōt occurrere
Reliquū igīt ē, vt ea dūtaxat pſequamur, q̄
ad argumētatiōis ſtructurā faciūt, q̄ doctiſ-
ſimi etiā philosophi quiq̄ aperienda puta-
rūt. Quæ eatenus negligenda nō ſunt, qua-
tenus eis quæuis diluitur ambiguitas, ſi mō
certis definitisq̄ rationibus cōcludant. Cū
igīt omnis argumētatio rebus & verbiſ cō-
ſtet, ac de rebus ſatis dictū: ſuperēſt vt ver-
ba & verborū ſtructurā oñdamus. Argumē-
toſe igitur cuiuſlibet oratiōis, duæ omnino
ſunt

GEORGIO VALLA AVTORE.

Sunt partes, nomen, & verbū. Siquidē quae cunctī istis adiiciuntur, nō tā partes q̄ partiū administricula, & veluti pedamēta qdā nomināda sūt. Nōmē vt Plato. v̄bū, vt disputat, vt sit explicata oīo, Plato disputat. Accidētia oīonis sunt, Vniuersalis, Particularis, Vnūersalis Indefinita, Singularis: quae quantitatē ex= primūt. Vnūersalis, vt quilibet hō est risibī. Particulae lis. Indefinita, hō est risibilis. Particularis, ris.

Eucarpus ratiocinat. Singularis, hic ambu- lat. Itē vt sit, aut simplex, aut cōnexa. Sim- plex, vt, dies. Connexa, vt, si dies est, nox nō est. Necnō negandi, aut audiendi qualita- te insignitur: vt Eucarpus legit, Eucarpus nō legit. In quibus omnibus hini confide- randi sunt termini: qui subiecti ac prēdica- ti nomine iā recepto apud oēs solēt nūcu- pari. Est aut̄ subiectū de q̄ aliqd diciēt quod subsideat passiōibus: vt, Eucarpus ridet, est Subiectū. siquidē Eucarp⁹, in quo ridendi passio. Prē- dicatū ipsum est v̄bū in q̄ inclusa ea passio, que inesse cuipiā diciēt. Nec audiendi q̄ tri- farie partiuñ orationē, in prēdicatū, sub- iectū, & copulā. copulā verbū ipsum iunio- res appellando. Quid enim magis ridiculū est, q̄ ita oēm resoluere orationē, vt pro eo quod est, Plato disputat, dicas, Plato est dic-

C ī sputans,

EXPEDITA ARGVM RATIO

sputans, cōsuetū loquendī modū peruerse,
barbare, rusticeq; immutando. Quā cēn ri-
diculū sit, loquendi modū ab ijs potissimum
discere velle, q ipsi loqui nesciūt; nā cū dico,
Plato scribit, id scribit dialogos, pro vna re
ac passione accipio, quae de Platone dicit;
prædicatūq; id totū nominandū. Sicut ni-
hilominus cū dico, Plato est philosophus;
quippe qd in ipm est philosoph⁹, res vna est
tanq; sit voce vna enūciata. Mens siqdē hu-
mana ita plane cōcipit nō min⁹, quā si ada-
huc plures adīcias passiones. vt Plato est
philosoph⁹, disputator egregius. Faceant
ergo nugatoriæ ac prærancidē tales resolu-
tiones, quae orōnes enormant, disputantē
implicant, & rerū propemodū nullā sēcum
afferunt explicationē atq; cōmoditatē.
Ex ijs itaq; cōnexa oratio, enunciatio nū-
cupatur. Ea in argumentatione vt syllogis-
mo collocata, si in primo loco propositio, si
in secundo assumptio, si in tertio connexio,
vel cōplexio a priscis linguae Latīnæ viris:
a iunioribus mendose cōclusio solet appellari.
vt si questio oriatur, sit ne vtilis diale-
ctica: texaf hoc mō epichirema: Vtilis est
quæuis sciētia verum a falso discernēs: hæc
propositio. Est aut̄ huiusmōi dialectica: hęc
assumptio. Ergo vtilis Dialectica: hęc com-

Enunciatio

GEORGIO VALLA AVTORE.

plexio. Oim porto enūciationū, ex qb⁹ quæ
in subiectis sunt passiones, indicant: qdā ci-
tra mediū vllū fidē faciūt, a cūctis q̄ hoibus
receptæ sunt, qdā nō oībus. Quæ igit̄ ab oī-
bus receptæ sunt qd fidē secū ferant, nomi-
nan̄: a Græcis Axiomata: a Latinis aut̄,
effata & cōmunes notiones; ita nāq̄ vete-
res: iuniores vero, animi cōceptiones. Quæ
potro nō oib⁹ insidēt, nec satis receptæ sunt,
sed quibusdā dūtaxat, theses græce, latire
positiōes appellant̄. Quæ vnūqdq̄ aſtruūt,
definitiones dicunt̄. Quæ vero ex alio aliud Axioma.
pnunciāt, cōi noīe hypotheses. Hypothe-
sum aut̄ qdā verē & creditæ ab eo qui discit
admittunt̄, ob capiendā scientiā; altæ non
credūt. Quæ itaq̄ credūt dissentib⁹, admis-
ſæ pprio noīe, æquiuoco gñi hypotheses: q
yo nō credunt̄, petitiōes dici solent. Ex his
igit̄ orationibus omnes texuntur argu-
mētiōes. Argumētationū gñā sunt duo,
Syllogismus seu Epichirema græce: at lati-
ne hoc aggressio, ille ratiocinatio: & Epa-
goge a Græcis dicta, a Latinis induc̄tio.
Ex syllogismo fit Enthymema, qd cōmen-
tū noīamus: sicut ex induc̄tiōe exēplū atq̄
similitudo,. Syllogismus itaq̄, vt dictū est, Syllogis.
orōne siue simplici siue cōnēxa cōstat tripli.

C iij ci.Pri-

EXPEDITA ARGVM. RATIO

ci. Prima, ppō: secūda, assumptio; tertia, cōplexio appellata, qui cū plurib⁹ fiat modis, eos longi⁹ p̄seq̄ndos nō ducim⁹: tū qā sim̄plicē arguēdi q̄ris callē (vt rhetores q̄q̄ do-
cent, & sequūtur oratores) nō p̄ multarē di-
ciplinare inuios anfract⁹ te velis detorqre:
tū quia, si mō id scire cōcupiscas, possis ex
magno n̄o ope. Expetendorū ac fugiēdo-
rū pexiguo negocio qcqd velis tibi depro-
mere. In totū, omnis argumētationis ratio
hoc habet, vt tribus limitibus constet: vno,
quē indubitatū esse cōuenit; altero, qui me-
dius ē; tertio, qui ex cōsensu fit vtriusq;: vt
oē aīal est substātia aīata sensilis: hic caret
cōtrouersia. Crocodil⁹ ē substātia animata
sensilis: hic medius limes, extrema conne-
ctens. Ergo Crocodilus est aīal: hic ex con-
sēsu superiorū cōficitur. Ex syllogismo Enthy-
mema cōficit. Id de ppōe aut assumptione
cōcluditur: vt si p̄babile texas argumentū
hoc mō: Aeschyno tradēda nō est pecunia:
qñq; pecuniā capiēs Pisistratus, tyrānidem
occupauit. vel hic noctu obambulat, fur er-
go est. Inductio aut̄ ex pluribus aut exēplis
aut similitudinibus cōficit. Si de hoib⁹, exē-
pla sunt: sin de cæteris, similitudines. Velut
si fuerit q̄stio: an is demū hō dicēd⁹ sit ḡno-
sus, qui

Enthyme-
ma.


Inductio.

GEORGIO VALLA AVTORE.

sus, qui clarissimo natus genere, per inductionem argumentabor hoc modo : Quisnam clitelarius mulus generosus est, nonne qui ingentia subuetat onera : quis dorsuarius, nonne qui gressu incedit lenissimos non qui de stirpe ortus clarissima : Pomum quod vocabis generosum, nonne quod saporis electissimi : nonne quod de pulcherrima arbore, aut de amoenissimo decerpsum loco? Ita ergo hominem quem generosum vocaueris : nonne qui de virtutibus nobilitatus est: non qui maioribus ortus sit eminentissimus. haec induc^{tio}. Exemplū est, ut a priuato homine Gracchus mediocriter statu Reipublice labefactans, impune occisus est: & Consul Cicero Catilinam orbem terrarū subuertentem, impune non occiderit : Si militudo quoq^z de rebus eodem modo comparatur atq^z extruitur.


EPILOGVS.

HAEC habui Bernarde Saluatice, que de argu^mentandi ratioe, quā tātopere efflagitabas, ad te conscriberē. Que si aliquibus in locis paulo minus tibi obvia uidebuntur, debes cogitare nullā esse disciplinā, que aliquo non egeat interprete : quanq^z si creibius repetantur, non dubitem fore tibi apertissima, praesertim si ab huiusmodi exercitatione non abhorreas. Vale.





Cg -
1513 1-13



locus qui
qua intē
contrari

DE PI

Qu
rum alte
citas pri
nebrae pi
tenebris
gilia, &c.

Qu
oppositi
lucem mi
hil aliud

DE R

Qu
plicia no
dicamētu
ceptor &
ritus & u

Qu
positis ?
ergo non

Opponuntur enim ali
atiue, uel relativue, uel
dictorie.

E OPPOSITIS.

poni priuatue ? Quo
ibiectum altero, ut coe
su, & ediuerso . Sic te
m luce, & lux uicissim
& quies, somnus & ui-

mentamur a priuatue
tra appallat Christum
ate datum Christū, ni
o, q̄ tenebrae.

E OPPOSITIS.

atiue opponi ? Illa sim
itea retulimus ad præ
ut pater & filius, præ
ominus & seruus, ma

mētamur a relativue op
receptor Aristotelis,
ipulus.

DE